



JURISPRUDENTIÆ ROMANÆ RELIQUIAS  
QUAE  
**ISIDORI HISPALENSIS EPISCOPI**  
ETYMOLOGIARUM LIBRIS

CONTINENTUR  
ADNOTATIONIBUS INSTRUXIT  
PH. STELLA MARANCA



LANCIANO  
STAB. TIP. FRATELLI MANCINI  
1927

**Fascicolo I.**

---

---

LIBER I  
DE GRAMMATICA

VII DE NOMINE. — Species propriorum nominum quattuor [sunt]: praenomen, nomen, cognomen, agnomen. Praenomen dictum eo, quod nomini praeponitur, ut 'Lucius', 'Quintus'. Nomen vocatum, quia notat genus, ut 'Corne-

2

4. eo quod notat (*cod. Bern.*)

1 Prisciani *Inst. grammat.* 2. 5. 23: nam propria habent species separatim quattuor: praenomen, nomen, cognomen, agnomen: praenomen est, quod praeponitur nomini vel differentiae causa vel quod tempore, quo Sabinos Romani asciverunt civitati ad confirmandam coniunctionem, nomina illorum suis praeponebant nominibus et invicem Sabini Romanorum; et ex illo consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absque praenomine.

2 *Dig.* (33. 10) 7. 2: cf. *Lex tabulae Heracleensis, dicta Julia municipalis* [C. I. L. 1. 206] l. 146: census agito, eorumque nomina praenomina patres aut patronos tribus cognomina accipito *Lex Acilia repetundarum* [C. I. L. 1. 49] § 18: cognomenque tributimque discriptes habeto *Iust. Inst.* 2. 20. 29: si quis in nomine, cognomine, praenomine legatarii erraverit testator... nomina... significandorum hominum gratia reperta sunt [e *Gai rer. cott. li-*

*bris?* cf. Ferrini, *Sulle Fonti delle Istituzioni di Giustiniano* in *B. I. D. R.* XIII (1900) p. 160, 163] Tubero...: quorsus nomina..., nisi ut demonstrarent voluntatem dicentis?

3 cf. *Incerti auctoris liber de praenominibus de nominibus de cognominibus de agnominibus... in epitomen redactus a Julio Parride* § 4: pueris non prius quam togam virilem sumerent, puellis non ante quam nubarent praenomina imponi moris fuisse Q. Scaevola auctor est.

4 cf. § 2: quod proprie ita nomen dicitur, hoc distat, quia eo gens cognoscitur, ideoque dicitur gentilicium: cetera ordine variantur: nam quod praeponitur praenomen, quod post fertur cognomen, quod ad ultimum adicitur agnomen est; quorum series non ita, ut exposui semper servata est: animadverto enim in consulum fastis perplexum usum praenominum et cognominum fuisse.

- lius'. Cornelii enim omnes in eo genere. Cognomen, quia nomini coniungitur, ut 'Scipio'. Agnomen vero quasi accedens nomen, ut 'Metellus Creticus', quia Cretam subegit.
- 3 Extrinsecus enim venit agnomen ab aliqua ratione. Appel- 5  
lativa nomina inde vocantur, quia communia sunt et in  
multorum significatione consistunt. Haec in viginti octo  
species dividuntur, ex quibus corporalia dicta, quia vel  
4 videntur vel tanguntur, ut 'caelum', 'terra'. Incorporalia, 10  
quia carent corpus; unde nec videri nec tangi possunt, ut  
'veritas', 'iustitia'.
- XXII DE NOTIS VULGARIBVS. — Vulgares notas Ennius primus  
mille et centum invenit. Notarum usus erat ut, quidquid  
pro con[ten]tione aut [in] iudiciis diceretur, librarii scriberent  
conplures simul astantes, divisim inter se partibus, quot 15  
quisque verba et quo ordine exciperet. Romae primus  
Tullius Tiro Ciceronis libertus commentus est notas, sed  
2 tantum praepositionum. Post eum Vipsanius, Philargius, et

5. quod communia sint (*cod. Carolin.*) 13. aput iudices (*cod. Vatican.*) 14. ad-  
stantes (*cod. Leidens.*)

1 Prisc. 2. 5. 24: cognomen, cognationis commune, ut 'Scipio'.

2 Prisc. 2. 5. 24: agnomen est, quod ab aliquo eventu imponitur.

4 Prisc. 2. 5. 26: appellativorum multae sunt species, quarum quaedam communes inveniuntur cum propriis, sive sint primae positionis sive derivativa: sunt enim quaedam corporalia in appellativis, ut 'homo', sunt etiam in propriis, ut 'Terentius'; alia incorporalia in appellativis, ut 'virtus' in propriis, ut 'Pudicitia'.

7 Gai *Inst.* 2. 12-14 = *Dig.* (1. 8) 1. 1. = *Iust. Inst.* 2. 2: quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales: *corporales* hae sunt, quae tangi possunt... *incorporales* sunt quae tangi non possunt.

9 Cic. *Top.* 5. 27: quae tangi

demonstrative non possunt, cerni tamen animo atque intellegi possunt'. Boeth. *ad h. l.*: sed quia humanum genus sensibus degit, id maxime esse arbitrabatur, quod sensuum comprehensioni subiicitur'. Quint. *Inst.* 5. 10. 116: quod sit incorporale, apprehendi manu non posse.

11 Suet. *in proem. lib. de illustribus grammaticis*: duos libros de litteris sillabisque... ab eodem Ennio editos iure arguit Lucius Cotta, non poëtae, sed posterioris Ennii esse: cuius etiam de augurandi disciplina volumina feruntur.

16 Plutar., *Cato Minor* 27: cf. Cesare Paoli, *Programma Scolastico di Paleografia latina e diplomatica* libro I (Firenze, Sansoni 1901) p. 47.

Aquila libertus Maecenatis alius alias addiderunt. Deinde Seneca, contractu omnium digestoque et aucto numero, opus efficit in quinque milia. Notae autem dictae eo, quod verba vel syllabas praefixis characteribus notent et ad notitiam legentium revocent; quas qui didicerunt proprie iam notarii appellantur.

XXIII DE NOTIS IVRIDICIS. — Quaedam autem litterae in libris iuris verborum suorum notae sunt, quo scriptio celeris breviorque fiat. Scribebatur enim verbi gratia per B et F 'bonum factum', per S et C 'senatus consultum', per R et P 'respublica', per P et R 'populus Romanus', per D et T 'dumtaxat', per supinam W litteram 'mulier', per P secundum naturam 'pupillus', per Q verso capite 'pupilla', per unum K 'caput', per duo KK iuncta 'calumniae causa', per I et E 'iudex esto', per D et M 'dolum malum'. Cuius generis plurimas consimiles notas in libris

2. contractos (*cod. Vatican.*)

1 Dion. Cass. 55.

2 Seneca] cf. *Epist.* 90. 25: verborum notas, quibus... celeritatem linguae manus sequitur.

contractu] Sueton., *de Valerio Probo*: multaque exemplaria contracta emendare ac distinguere et annotare curavit.

3 *Dig.* (4. 6) 33. 1: qui notis scribunt acta praesidium(50. 13)1. 7: extra litteras vel notas positae (37. 1) 6. 2: notis scriptae tabulae non continentur edicto, quia notas litteras non esse Pedius libro vicesimo quinto ad edictum scribit.

4 Fest.: nota alias significat signum, ut in pecoribus, tabulis, libris, litterae singulae aut binae; alias ignominiam.

6 *Dig.* (29. 1) 40 pr: Lucius Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictavit(40. 5)41. 3: Stichum notarium, quem peto manumittas (50. 12) 13. 5: ludi quoque litterarii magi-

stris... et librariis et notariis *Cod.* (8. 13) 26: si tibi notarium pignoris titulo debitor tuus obligavit.

8 *Dig.* (37. 1) 6. 2 *cit.*: notas litteras non esse Pedius... scribit.

9 'in senatu qui scribendo aderant, ut celeriter dicta comprehenderent, quaedam verba atque nomina ex communi consensu primis litteris notabant et singulae litterae qui significarent in promptu erat': Valerii Probi *de iuris notarum [libris]* (cf. Th. Mommsen in *Actis Societatis Regiae Saxonicae* a. 1853 p. 91 et in quarto volumine *Grammaticorum Latinorum* ab Henrico Keil editorum p. 265-352 a. 1864; Huschke, *I. A. R.* p. 82-92 in ed. sexta cur. L. Seckel et B. Kuebler). Cf. etiam I. Steup, *de Probis grammaticis*, Jenae 1871 p. 134-137.

antiquis invenimus. Has iuris notas novicii imperatores a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per haec callidi ingenio ignorantes decipiebant, atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras, ut nullos errores, nullas ambages afferant, sed sequenda et vitanda aperte demonstrarent. 5

- XXIX DE ETYMOLOGIA. — Etymologia est origo vocabulorum, cum vis verbi vel nominis per interpretationem colligitur.
- 2 Nam dum videris unde ortum est nomen, citius vim eius intellegis. Omnis enim rei inspectio etymologia cognita planior est. Non autem omnia nomina a veteribus secundum naturam inposita sunt, sed quaedam et secundum placitum, sicut et nos servis et possessionibus interdum secundum quod placet nostrae voluntati nomina damus.
- 3 Sunt autem etymologiae nominum aut ex causa datae, ut 'reges' a [regendo et] recte agendo. 15.

4 conscribendas (*cod. Toletan.*) 12. quaedam secundum (*cod. Carolin.*) 16. a regendo id est a recte agendo (*ed. Migne, ad h. l.*)

1 *Gesta Senatus Romani de Theodosiano publicando* (a. 438) § 5: huic codici, qui faciendus a constitutionariis, notae iuris non adscribantur.

2 *Dig. de conceptione Digestorum* § 13: ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio, iubemus non per siglorum captiones et compendiosa aenigmata, quae multas per se et per suum vitium antinomias induxerunt, eiusdem codicis textum conscribi: etiam si numerus librorum significatur aut aliud quicquam: nec hae etenim per specialia sigla numerorum manifestari, sed per litterarum consequentiam explanari concedimus.

*Dig. de confirmatione Digestorum* § 22 = *Cod.* (1. 17) *de veteri iure enucleando* 2. 22: eandem autem poenam falsitatis consti-

tuimus et adversus eos, qui in posterum leges nostras per siglorum obscuritates ausi fuerint conscrivere... ita ut, qui talem librum sibi paraverit, in quo sigla posita sunt in qualemcumque locum libri vel voluminis, sciat inutilis se esse codicis dominum: neque enim licentiam aperimus ex tali codice in iudicium aliquid recitare, qui in quacumque sua parte siglorum habet malitias.

*Const. Omnem* in *Dig.* § 8: nemo audeat eorum qui libros conscribunt sigla in his ponere et per compendium ipsi legum interpretationi vel compositioni maximum adferre discrimen: cf. Rotondi, *Scritti giuridici* (Milano 1922) vol. I p. 359 n. 5: 'sebbene morto nel 636 Isidoro sembra ignorare affatto la compilazione giustiniana'.

## LIBER II

## DE RHETORICA ET DIALECTICA

- IV DE TRIBVS GENERIBVS CAVSARVM. — Genera causarum tria sunt, deliberativum, demonstrativum, iudiciale. — Dicitur autem iudiciale eo, quod iudicet hominem.
- X DE LEGE. — Lex est constitutio populi, quam maiores  
 5 natu cum plebibus sancierunt. Nam quod Rex vel Imperator edicit, constitutio vel edictum vocatur. Institutio aequitatis duplex est, nunc in legibus, nunc in moribus. Inter legem autem et mores hoc interest, quod lex scripta est, mos vero est vetustate probata consuetudo, sive lex non  
 10 scripta. Nam lex a legendo vocata, quia scripta est. Mos 2 autem longa consuetudo est, de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex; nec differt scriptura an ratione consistat, quando et legem ratio commendat.
- 15 Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu. Omnis autem lex aut permittit 4 aliquid, ut 'vir fortis petat praemium': aut vetat, ut 'sacerarum virginum nuptias nulli petere liceat.': aut punit, 5 ut 'qui caedem fecerit, capite plectatur'. Factae sunt autem leges, ut earum metu humana coherceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Legis enim praemio 6 aut poena vita moderatur humana. Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captio-  
 25 nem contineat, nullo privato commodo, sed pro com-  
 30 muni civium utilitate conscripta.

5. sanxerunt cf. V. x 13. per legem suscipitur (*cod. Carolin.*) 23. improbis] inpiis V. xx. 24. legis... humana in finem § 4 transponit Kuebler (*Herm. 25, 505*) coll. V. xix.

5 cf. V. III. 2; V. x-xi.  
 10-18 = V. III. 3-4.

18-21 = V. XIX. 21-24 = V. XX.  
 24-30 = V. XXI.

LIBER IV  
DE MEDICINA

- 6 VII DE CHRONICIS MORBIS. — morbus comitialis, id est ma-  
7 ior et divinus, quo caduci tenentur. Comitialis autem dictus,  
quod apud gentiles cum comitorum die cuiquam accidisset,  
comitia dimittebantur. Erat autem apud Romanos comi-  
tiorum dies sollemnis in kalendis Ianuarii.

5.

2. caducus] 10. 61: caducus a cadendo dictus: idem lunaticus. Comitiales dies  
(*cod. Carolin.*)

1 morbus comitialis] cf. Seneca *de ira* 3. 10. 3: qui comitiali vitio solent corripri Gell. *Noct. Att.* 19. 2. 8: Hippocrates autem... partem esse quandam morbi taeterrimi, quem nostri comitiam dixerunt; namque ipsius verba haec traduntur: τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὸν ἐπιληψίαν.

2 maior] cf. Cornelii Celsi *de medicina* 3. 23: inter notissimos morbos est etiam is qui comitialis vel maior nominatur v. Fest. *cit.* v. 4.

divinus] 'divinitus immissum; quia quod magnum est saepe ἰερὸν vocatur, qua ratione et Herculeus morbus ab Hippocrate et veteribus appellatur': Brissonii *de verborum quae ad ius pertinent significatione* ad v.: comitiam morbum cf. Apul. *Apol.* cit. in Forcellini, *Totius Latinitatis Lexicon.*

comitialis] *Dig.* (26. 8) 1. 1: sommo aut morbo comitiali occupatus (21. 1) 53: qui tertiana aut quartana febris aut podagra vexarentur quive comitiam morbum haberent, ne quidem his diebus quibus morbis vaca-

rent [*sec. Hal.*: morbus vacaret *scr. Flor.*] recte sani dicentur; unde (21. 1) 65. 1: quotiens morbus sonticus nominatur, eum significari Cassius ait, qui noceat; nocere autem intellegi, qui perpetuum est, non qui tempore finiatur. (50. 16 113); morbus sonticus est qui cuique rei nocet (42. 1) 60: morbus sonticus... existimandus est qui cuiusque rei agendi impedimento est *Tab.* 2. 2 in Bruns, *Leges XII Tabularum* (F. I. R. A. p. 20).

4 Fest.: prohibere comitia dicitur 'vitiare diem morbo' qui vulgo quidem maior, ceterum ob id ipsum 'comitialis' appellatur.

5 cf. Fast. Praen. ad 3 Ian. (C. I. L. 1 p. 231): [comitiales dies appellantur, cum populus coire convocare cogi potest ac lege a[gi... Varr., *l. l.*: comitiales dicti quod... esset populus constitutus ad suffragium ferendum. Macrobius. 1. 16. 14: quibus cum populo agi licet Fest. P.: cum in comitio conveniebant. cf. Mommsen *ibid.* p. 296, *D. P. R.* 6. 1 p. 427 n. 4 Vaccai, *Le feste di Roma antica* p. 5, 252.

## LIBER V

## DE LEGIBVS ET TEMPORIBVS

DE AVCTORIBVS LEGVM. — Numa Pompilius, qui Ro- 3  
 mulo successit in regno, primus leges Romanis edidit;  
 deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset,  
 Decemviros legibus scribendis creavit, qui leges ex libris  
 5 Solonis in Latinum sermonem translatas duodecim tabulis  
 exposuerunt. Fuerunt autem hi: Appius Claudius, Genu- 4  
 cius, Veterius, Iulius, Manlius, Sulpicius, Sextius,  
 Curatius, Romilius, Postumius. Hi Decemviri legum  
 conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in 5  
 10 libris primus consul Pompeius instituere voluit, sed non

3. seditiosus (*cod. Bernen.*) possit (*codd. Bernen. Carolin.*) 4. decrevit (*cod. Bernens.*) 10. A *cod. Tarracon.* uno abest vox *Pompeius*: unde suspicabatur Augustinus C. primum scriptum fuisse, inde factum *Consul*, additumque ab aliquo *Pompeius* ex margine: cum Ciceronem fortasse ostenderet, quem constat librum edidisse de iure civili in artem redigendo. Cf. Arevali notae ad h. l. qui dubitat an quod sequitur *non perseverasse obtreptatorum metu* 'satis in Ciceronis personam cadit: cadit autem optime in Pompeium, cuius potentia invidiosa et suspecta erat.'

2 Tacit., *Ann.* 3. 26: nobis Romulus ut libitum imperitaverat, dein Numa religionibus et divino iure populum devinxit... sed praecipus Servius Tullius sanctorum legum fuit.

3. Liv. 3. 31. 6: (novi consules) aiebant... plebem et tribunos legem ferre non posse 32. 6: et intentius instabant tribuni, ut tandem scribendarum legum initium fieret.

4 Liv. 3. 32. 7: placet creari decemviros sine provocatione et ne quis eo anno alius magistratus esset *Dig.* (1. 2) 2. 4: placuit publica auctoritate decem constitui viros, per quos peterentur leges a Graecis civitatibus et civitas fundaretur legibus.

5. Liv. 3. 57. 10: leges decemvirales, quibus tabulis duode-

cim est nomen, in aes incisas in publico proposuerunt *Dig.* (1. 2)

2. 6: lege duodecim tabularum ex his fluere coepit ius civile: cf. Giambattista Vico, *La scienza nuova, giusta l'edizione del 1744 a cura di Fausto Nicolini* p. 773, 1061 Ettore Pais, *R. S. D. R.* p. 1-135 Pietro Bonfante *S. D. R.* vol. 2 p. 67.

6. Liv. 3. 31. 8: cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet, missi legati Athenas Sp. Postumius Albus, A. Manlius, P. Sulpicius Camerinus, iussique inclitas leges Solonis describere et aliarum Graeciae civitatum instituta mores iuraque noscere.

10 Cic. *de orat.* 2. 33. 142: perpetui iuris et universi generis quaestio non hominum nomina, sed rationem dicendi et argumen-



perseveravit obtreptatorum metu. Deinde Caesar coepit [id] 6  
 facere, sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquae  
 leges vetustate atque incuria exoleverunt, quarum etsi  
 7 nullus iam usus est, notitia tamen necessaria videtur. Novae  
 a Constantino Caesare coeperunt et reliquis succedenti- 5  
 bus, erantque permixtae et inordinatae. Postea Theodosius  
 minor Augustus ad similitudinem Gregoriani et Hermo-  
 geniani codicem factum constitutionum a Constantini tem-  
 poribus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit,  
 quem a suo nomine Theodosianum vocavit. 10

3. exoluerunt (*cod. Leidens.*)  
*ticae in Isid. Hisp. Origines.*)

8. factarum (H. Schwarz, *Observationes Cri-*

torum fontes desiderat... sed haec Crassus... aliquando nobis expediet et exponet decripta generatim: est enim... pollicitus se ius civile, quod nunc diffusum et dissipatum est, in certa genera coacturum et ad artem facilem redacturum 1. 42. 190 si enim aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito... ut primum omne ius civile in genera digerat, quae perpauca sunt, deinde eorum genera quasi quaedam membra dispertiat, tum propriam cuiusque vim definitione declaret, perfectam artem iuris civilis habebitis. At Cicero quod ipse sibi proposuit Crasso videtur attribuisse: cf. Gell. *Noct. Att.* 1. 22. 7 Charis. *Inst. gramm.* 1. v.: nobili Quint. *Inst. Or.* 12. 3 in Costa *Cicerone giureconsulto* [M. A. S. B. 1908 p. 182-3].

1 Suet., *Caesar* 44: ius civile ad certum modum redigere atque ex immensa diffusaque legum copia optima quaeque et necessaria in paucissimos conferre libros.

3 *Dig.* (1. 2) 2. 3: exactis

deinde regibus lege tribunicia omnes leges hae exoleverunt.

7 *Cod. Th.* (1. 1) 5 pr.: ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis cunctas colligi constitutiones decernimus quas Constantinus inclitus et post eum divi principes nosquetulimus (1. 1) 6 pr.: omnes edictales generalesque constitutiones vel in certis provinciis seu locis valere aut proponi iussae, quas divus Constantinus posterioresque principes ac nos tulimus.

8 *const. de Theodosiani codicis auctoritate* (ed. Gothofredi t. 6 p. 1: *Legum Novellarum divi Theodosii* A. 1. 1; ed. Haenel *praef.* 2 col. 91) § 3: detersa nube voluminum, in quibus multorum nihil explicantium aetates attritae sunt, compendiosam divalium constitutionum scientiam ex divi Constantini temporibus roboramus.

9 *const. cit.*:... et magnifica auctoritas tua... in omnium populorum, in omnium provinciarum notitiam scita Maiestatis Augustae Nostrae faciat pervenire (a. 438).

- II DE LEGIBVS DIVINIS ET HVMANIS. — Omnes autem leges aut divinae sunt aut humanae. Fas lex divina est, ius lex humana. 2
- III QVID DIFFERVNT INTER SE IVS, LEGES ET MORES. — Ius generale nomen est, lex autem iuris est species. Ius autem dictum, quia iustum [est]. Omne autem ius legibus et moribus constat. Lex est constitutio scripta. Mos est vetustate probata consuetudo, sive lex non scripta. Nam lex a legendo vocata, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est de moribus tracta tantundem. Consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex: nec differt scriptura an ra-

6. *De proprietate sermonum* 223: inter leges et iura hoc interest, quod iura reperta sunt ab honesta consuetudine, leges ex iis quae inter nos probanda facimus; et iura ab uniuscuiusque iustitia dicuntur, leges quod legantur. *Differentiarum* lib. 1. 338: inter leges et iura: ius dicitur, lex scribitur; unde et Virgilius (*Aen.* 1. 507): 'iura dabat legesque viris.' Item leges humanae, iura divina sunt, ideoque et iuramentum dicitur... 9. v. c. x' (p. 13 v. 5-6) *Differentiarum* lib. 1. 339: inter leges et mores: lex est scriptis edita, mos autem lex quaedam vivendi nullo vinculo adstricta, sive lex non scripta, sed tantum cum usu retenta.

4 Serv. *in Georg.*, 1. 260: ad religionem fas, ad homines iura pertinent *Dig.* (38. 3) 17. 3: sed loco sacro vel religioso vel sancto interveniente, quo fas non sit uti, nulla eorum servitus imponi poterit (18. 1) 34: liberum hominem scientes emere non possumus; sed nec talis emptio aut stipulatio admittenda est 'cum servus erit,' quamvis dixerimus futuras res emi posse; nec enim fas est eiusmodi casus expectare [cf. (35. 1) 83. 5: casum adversamque fortunam spectari hominis liberis neque civile neque naturale est].

6 *Dig.* (1. 1) 1 pr.: iuri operam daturum prius nosse oportet unde nomen iuris descendat: est autem a iustitia appellatum.

7 Serv. *in Aen.* 1. 507: ius generale nomen est, sed lex iuris est species.

9 a legendo] cf. Breal, *N.R.H.* 7 p. 610 *Dig.* (1. 1) 6. 1: hoc igitur ius nostrum aut ex scripto aut ex non scripto, ut apud Graecos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἀγραφοι *Iust. Inst.* 1. 2. 3: constat autem ius nostrum aut ex scripto aut ex non scripto, ut apud Graecos τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἀγραφοι.

10 Cic. *de invent.* 2. 22. 67: consuetudine... ius esse putatur id, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobarit; in ea autem quaedam sunt iura ipsa iam certam propter vetustatem: cf. Costa, *Cicerone giureconsulto* [*M A S B I.* 1 p. 193.]

11 Serv., *in Aen.* 7. 601 *coll.* Macrob., *Saturn.* 3. 8. 9: Varro vult morem esse communem consensum omnium simul habitantium, qui inveteratus consuetudinem facit.

4 tione consistat, quando et legem ratio commendat. Porro si ratione lex constat, lex erit omne iam quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. Vocata autem consuetudo, quia in communi est usu.

5

IV QUID SIT IVS NATVRALE. — Ius autem naturale [est], aut civile, aut gentium. Ius naturale [est] commune omnium nationum, et quod ubique instinctu naturae, non constitutione aliqua habetur; ut viri et feminae coniunctio, liberorum susceptio et educatio, communis omnium 10 possessio, et omnium una libertas, adquisitio eorum quae caelo, terra marique capiuntur. Item depositae rei vel com-

2

10 successio *sec. codd.* in *ed. Oxoniensi* susceptio in *ed. Areval.*: 'male enim successio ante procreationem et educationem collocaretur'.

1 *Dig.* (1. 3) 32. 1: inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, et hoc est ius, quod dicitur moribus constitutum.

2 *Cod. Iust.* (8. 52 (53)). 1: nam et consuetudo praecedens et ratio quae consuetudinem suavit custodienda est.

5 *Iust. Inst.* (1. 2) 9: ex non scripto ius venit, quod usus comprobavit, nam diuturni mores consensu utentium comprobati legem imitantur.

6 *Dig.* (1. 1) 2: privatum ius tripartitum est: collectum etenim est ex naturalibus praeceptis aut gentium aut civilibus.

7 *Dig.* (41, 1) 1 pr.: quod ratione naturali inter omnes homines peraeque servatur... et quia antiquius ius gentium cum ipso genere humano proditum est... (1. 1) 9 = *Gai Inst.* 1. 1: quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur vocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur *Dig.* (1. 1) 1. 3 = *Iust. Inst.* 1. 2. pr.: ius natu-

rale est, quod natura omnia animalia docuit, nam ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium.

9 *Dig.* (1. 1) 1. 3 = *Iust. Inst.* 1. 2. pr.: hinc descendit maris atque feminae coniunctio (*Inst.*: coniugatio), quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc educatio.

10 *Dig.* (1. 8) 2: quaedam naturali iure communia sunt omnium... (= *Iust. Inst.* (2. 1) 1) et quidem naturali iure omnium communia sunt illa: aer, aqua profluens et mare et per hoc litora maris.

12 *Dig.* (41. 1) 1. 1: omnia igitur animalia, quae terra mari caelo capiuntur, id est ferae, bestiae et volucres pisces capientium fiunt *Iust. Inst.* (2. 1) 12: ferae igitur bestiae et volucres et pisces, id est omnia animalia quae in terra, mari caelo nascuntur, simulatque ab aliquo capta fuerint, iure gentium statim illius esse incipiunt; quod enim ante nullius est, id naturali ratione occupanti

mendatae pecuniae restitutio, violentiae per vim repulsio. Nam hoc, aut si quid huic simile est, numquam iniustum [est], sed naturale aequumque habetur.

V QUID SIT IVS CIVILE. — Ius civile est quod quisque  
5 populus vel civitas sibi proprium humana divinaque causa constituit.

VI QUID SIT IVS GENTIUM. — Ius gentium est sedium occupatio, aedificatio, munitio, bella, captivitates, servitutes,

conceditur.

*Dig.* (13. 6) 24: quid est enim aliud commendare quam deponere? (50. 17) 186: commendare nihil aliud est quam deponere *Coll.* (10. 2) 1: Modestinus libro differentiarum secundo *sub titulo* de deposito vel commendato (10. 7) 4: deponere videtur et is qui... apud aliquem rem custodiendam commendat.

1 restitutio] *Dig.* (12. 6) 14: nam hoc natura aequum est neminem cum alterius detrimento fieri locupletiolem (50. 17) 206: iure naturae aequum est neminem cum alterius detrimento et iniuria fieri locupletiolem.

repulsio] *Dig.* (43. 16) 1. 27: vim vi repellere licere Cassius scribit idque ius natura comparatur (4. 2) 12. 1: cum liceat, inquit, vim vi repellere, quod fecit passus est.

3 *Dig.* (1. 1) 11 pr.: ius pluribus modis dicitur: uno modo, cum id quod semper bonum et aequum est ius dicitur, ut est ius naturale.

4 Gai *Inst.* 1. 1 = *Iust. Inst.* (1. 2) 1: quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque ius civile *Dig.* (41. 1) 1 pr.: iure civili, id est iure proprio civitatis nostrae (1. 1)

6 pr.: cum aliquid addimus vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est civile efficitur *Cic. Top.* 2. 9: ius civile, aequitas constituta iis qui eiusdem civitatis sunt.

7 *Dig.* (1. 1) 5: ex hoc iure gentium introducta bella, discretiae gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, aedificia collocata, commercium, emptiones venditiones, locationes conductiones, obligationes institutae: exceptis quibusdam quae iure civili introductae sunt.

8 *Iust. Inst.* (1. 2) 2: ius autem gentium omni humano generi commune est; nam usu exigente et humanis necessitatibus, gentes humanae quaedam sibi constituerunt: bella etenim orta sunt, et captivitates secutae et servitutes, quae sunt iuri naturali contraria.

*Iust. Inst.* (1. 3) 2: servitus autem est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subiicitur (1. 5) pr.: sed posteaquam iure gentium servitus invasit Gai *Inst.* 1. 52: in potestate itaque sunt servi dominorum, quae quidem potestas iuris gentium est *Dig.* (12. 6) 64: ut enim libertas naturali iure continetur... dominatio ex gentium iure introducta est.

postliminia, foedera pacis, indutiae, legatorum non violandorum religio, conubia inter alienigenas prohibita. Et inde ius gentium, quia eo iure omnes fere gentes utuntur.

VII QUID SIT IVS MILITARE. — Ius militare est belli inferendi sollemnitas, foederis faciendi nexus, signo dato egressio in hostem vel commissio. — Item praedae decisio, et [pro] personarum qualitatibus est labori iusta divisio; item principio portio. 5

VIII QUID SIT IVS PVBLICVM. — Ius publicum est in sacris et sacerdotibus, in magistratibus. 10

IX QUID SIT IUS QUIRITVM. — Ius Quiritum est proprie Romanorum, quo nulli tenentur nisi Quirites, id est Romani, tamquam de legitimis hereditatibus, de cretionibus, de tutelis, de usucapionibus; quae iura apud

13 v. V. xxv. 1, 7 V. xxiv. 15-16. cretionibus (*codd. Leidens., Carolin.*) 14 tutelis] v. X. 264 usucapionibus v. V. xxv. 30.

1 *Dig.* (49. 15) 19: postliminium est ius amissae rei recipiendae ab estraneo et in statum pristinum restituendae inter nos ac liberos populos rege-sque moribus legibus constitutum.. idque naturali aequitate introductum est cf. *Iust. Inst.* (1. 12) 5 (2. 1) 17 (2. 12) 5.

2 *Iust. Inst.* (1. 10) pr.: iustas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt... Ulp. *Fragm.* 5. 4: conubium habent cives Romani cum civibus Romanis; cum Latinis autem et peregrinis ita si concessum sit Gai *Inst.* 1. 57: unde et veteranis quibusdam concedi solet principalibus constitutionibus conubium... *Cod. Theod.* (3. 14) 1: nulli provincialium, cuiuscumque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore coniugium nec ulli gentilium provincialis femina copuletur [*a. 370 vel 373?*]

cf. Bonfante, *C. D. R.* I (1924) p. 196 n. 3.

3 cf. 'usu exigente' in *Iust. Inst.* (1. 2) 2 cit. p. 11 v. 8 *Dig.* 41. 1 1 pr. (1. 1) 5 cit. p. 11 v. 4, 7.

10 *Dig.* 1. 1) 1. 2: publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus consistit.

11 *Iust. Inst.* (1. 2) 2: sic enim et ius, quo populus Romanus utitur, ius civile Romanorum appellamus, vel ius Quiritium, quo Quirites utuntur: Romani enim a Quirino Quirites appellantur cf. *Dig.* (6. 1) 1. 2: ex lege Quiritium *Cod.* 7. 25 de nudo iure Quiritium tollendo.

13 Gai *Inst.* 2. 167: at is qui sine cretione heres institutus sit aut qui ab intestato legitimo iure ad hereditatem vocatur *Iust. Inst.* (2. 19) 7: ab intestato ad legitimam hereditatem vocatus.

alium nullum populum reperiuntur, sed propria sunt Romanorum et in eosdem solos constituta. Constat autem ius Quiritum ex legibus et plebiscitis, constitutionibus principum et edictis, sive prudentium responsis.

5 X QUID SIT LEX. — Lex est constitutio populi, qua maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt.

XI QUID SCITA PLEBIVM. — Scita sunt quae plebes tantum constituunt; et vocata scita quod ea plebs sciat, vel quod sciscitatur et rogatur ut fiat.

2 constitutum (*cod. Tolet.*) 3 plebibus sanctis (*cod. Carolin.*) plebibus sicut (*cod. Leidens.*) plebiscitis senatusconsultis (*Kuebler.*) 4 pro sive leg.: senatusconsultis cf. C. I. L. 1. 106: *lex tabulae Heracleensis, dicta Iulia municipalis* v. 52: legibus pl(ebei)ve sc(itis) s(enatus)ve consultis. 5 quo maiores nati (*cod. Carolin.*) 9 corr. (*Kuebler*) sciscit ita ut rogata fiat (*ed. Arev.*) sciscitat rogatur fiat (*cod. Carolin.*) rogatur ut (*cod. Bernens.*)

3 *Dig.* (1. 1) 7 pr.: ius autem civile est, quod ex legibus, plebis scitis, senatus consultis, decretis principum, auctoritate prudentium venit *Iust. Inst.* (1. 2) 3: scriptum ius est lex, plebiscita, senatusconsulta, principum placita, magistratum edicta, responsa prudentium *Gai Inst.* 1. 2: constant autem iura populi romani ex legibus, plebiscitis, senatus consultis, constitutionibus principum, edictis eorum, qui ius edicendi habent, responsis prudentium.

5 *Gai Inst.* 1. 3: lex est quod populus iubet atque constituit *Iust. Inst.* (1. 2) 4: lex est, quod populus Romanus, senatorio magistrato interrogante, veluti consule, constituebat [*maiores natu*] 'Isidorus rem ipsam longe minus quam Tribonianus intelligens, fortasse e Festi patres effinxit' not. Schrader C. I. I. p. 25.

6 *Iust. Inst.* (1. 2) 4: 'nam appellatione populi universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis et senatoribus' *ubi* 'et senatoribus' additum videtur a

Triboniano *coll. Gai Inst.* 1. 3: quod populi appellatione universi cives significantur, connumeratis et patriciis et *Dig.* (50. 16) 238 pr.: plebs est ceteri cives sine senatoribus; *ubi* senatoribus Mommsen-Krueger, C.I.C. vol. I (ed. 13) *pro* patriciis positum est.

7 Fest.: scita plebei appellantur ea, quae plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante — populi com[itia dicuntur cum patres] cum plebe suffragium. [*ferunt, populus enim*] ex patribus et plebe [*constat. E contrario*] cum plebes sine patri[bus a suo magistratu rogatur] quod plebes scivit pleb[iscitum est: plebs enim cum] appellatur, patrum commu[nio excluditur].

9 *Gai Inst.* 1. 3: plebiscitum est quod plebs iubet atque constituit *Iust. Inst.* (1. 4) 4: plebiscitum est, quod plebs plebeio magistratu interrogante, veluti tribuno, constituebat. cf. *Dig.* (9. 2) 1. 1: lex Aquilia plebiscitum est, cum eam Aquilius tribunus plebis a plebe rogaverit.

- XII QUID SENATVSCONSVLTVM. — Senatusconsultum, quod tantum senatores populis consulendo decernunt.
- XIII QUID CONSTITVTIO ET EDICTVM. — Constitutio vel edictum, quod rex vel imperator constituit vel edicit.
- XIV QUID RESPONSA PRUDENTVM. — Responsa sunt quae 5 iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus; unde et responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes et arbitri aequitatis, qui institutiones civilis iuris compositas ediderunt. quibus dissidentium lites contentionesque sopirent. 10
- XV DE LEGIBUS CONSULARIBUS ET TRIBUNITIIS. — Quaedam

2 senatores] v. IX. iv. 8-12 populi Romani pro populis (ed. Migne vol. 82 c. 201 n. a: 'natus error ex similitudine s et r Gothicorum characterum'. dedecarunt decernunt (cod. Carolin.) dederunt decernunt (cod. Leidens.) 6 unde... dicta] om. codd. Leidens., Carolin. et Cavensis: Kuebler verba interpolata esse notat in *Hermes* 25 p. 507. 7 'Verisimile est, in ceteris Occidentis partibus extra regnum Visigothorum (nam hic antiquum ius per novam legem Romanam abolitum erat) genuinarum Pauli sententiarum codices diutius in usu fuisse et postea Francorum regno prolatato etiam ab his, qui in Gallia meridiana ius docerent, usurpari coepisse. Ibi enim scholas antiquos libros retinuisse, exceptis fortasse Gai Institutionibus, probat remissio ad Pauli responsa sub titulo de re uxoria in *Interpr. Th. C. 3. 13. 2'* (Huschke, ad Paulum praefatio p. 11 ed. Seckel-Kuebler 1911). 8 arbitres veritatis (cod. Carolin.) institutiones] 'a responsis ad institutiones cum Pauli sententiis ab Alarico editas post codicem Theodosianum' (ed. Migne c. 201 n. e). 9 desidentium (codd. Carolin., Leidens).

1 Gai *Inst.* 1. 4 = *Iust. Inst.* (1. 2) 5: senatusconsultum est quod senatus iubet atque constituit.

*Iust. Inst.* (1. 2) 5: aequum visum est senatum vice populi consuli cf. Cic. *pro Milon.* 7. 16: populus consultus.

3 Gai *Inst.* 1. 5: constitutio principis est, quod imperator decreto vel edicto vel epistula constituit *Iust. Inst.* (1. 2) 6: quodcumque igitur imperator per epistulam constituit vel cognoscens decrevit vel edicto praecipit, legem esse constat; hae sunt quae constitutiones appellantur.

5 Gai *Inst.* 1. 7 = *Iust. Inst.* (1. 2) 8: responsa prudentium sunt sententiae et opiniones eorum,

quibus permissum est [erat: *Iust.*] iura condere.

6 'Gell. *Noct. Att.* 13. 10. 1: et consulentibus... responsavit cf. Voigt *R. R.* I p. 229 n. 30 p. 188 n. 8.

7 *const. Omnem de conceptione Digestorum* 1: 'Pauliana responsa'.

Cic., *Top.* 17. 65; privata enim iudicia... in iurisconsultorum mihi videntur esse prudentia Senec., *Ep.* 94. 27: iurisconsultorum valent responsa, etiamsi ratio non redditur. Cf. *Iust. Inst.* (1. 2) 8: ut iudici recedere a responso eorum non liceret, ut est constitutum Gai *Inst.* 1. 7:... idque rescripto divi Hadriani significatur.

etiam leges dicuntur ab his qui condiderunt, ut consulares, tribuniciae, Iuliae, Corneliae. Nam [et] sub Octaviano Caesare suffecti consules Papius et Poppaeus legem tulerunt, quae a nominibus eorum appellatur Papia Poppaea, continens patrum praemia pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoque imperatore Falcidius tribunus plebis legem fecit, ne quis plus [in] extraneis testamento legaret quam ut quarta pars superesset heredibus. Ex cuius nomine lex

3 Pompeius (codd.) 4 Pompeia (codd. Carolin., Leidens). 5 patrum (codd. Carolin) al.: primum, cum scriptum concise fuerit prum. 6 Falcidius] locus ex Euseb. Chron. (not. Areval). 7 in extraneis om. Areval.

1. Mommsen, *D. P. R.* 6. 1 p. 358-359 n. 2 Bonfante, *S. D. R.* 1. p. 217.

3 suffecti] *C. Poppaeus Secundus* et *M. Papius Mutilus* cos. suff. Kal. Iul. a 9 d. C.: Pais, *R. S. D. R.* II p. 193, 370, 380, 381 *Poppaeus Sabinus* cos. 8 d. C. memoratur in Gaddi, *Cronologia delle leggi comiziali romane* ad legem Papiam Poppaeam.

4 Gai *Inst.* 2, 206-207: post legem Papiam deficientis portio caduca fit et ad eos pertinet, qui in eo testamento liberos habent: cf. Iörs, *Ueber des Verhältniss der lex Iulia de marit. ord. zur lex Papia Poppaea* Bonn 1882.

5 Tacit., *Ann.* 3. 28: si a privilegiis parentum cessaretur, velut parens omnium populus vacantia teneret. *Ad leges Iuliam et Papiam* libros scripserunt Mauricianus (VI), Marcellus (VI), Gaius (XV), Terentius Clemens (XX), Paulus (X), qui etiam librum singularem scripsit *de iure patronatus quod ex lege Iulia et Papia venit*, Ulpianus (XX).

6 Publius Falcidius: Dio. Cass.

48. 33 cf. Voigt *R. R.* p. 503 n.65.

Hieronym. ad Euseb. *Chron.* ad a. Abrah 1977 (Olymp. 185, 1 = a. u. c. 714 = d. C. 40): C. Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars heredibus superesset. *Ad legem Falcidiam* libros singulares scripserunt Rutilius Maximus et Paulus.

8 *Dig.* (35. 2) 1: quicumque civis Romanus post hanc legem rogatam testamentum faciet, is quantam cuique civi Romano pecuniam iure publico dare legare volet, ius potestasque esto, dum ita detur legetur [*sec. Cuiac.*; ita detur legatum 'genz unmöglich' delet Gradenwitz, *Textcritisches* in *Z.S.S.* 14 (a. 1893) p. 16] ne minus quam partem quartam hereditatis eo testamento heredes capiant Gai *Inst.* 2. 227: lex Falcidia, qua cautum est, ne plus ei legare liceat quam dodrantem; itaque necesse est, ut heres quartam partem hereditatis habeat *C. I. L.* 11. 419 *ex inscr. Ariminensi*. cf. *Iust. Inst.* 2. 22 *de lege Falcidia* *Dig.* 35. 2 *Cod.* 6. 50 *ad legem Falcidiam*.



Falcidia nuncupata est. Aquilius quoque [legem condidit, quae hactenus Aquilia nuncupatur].

XVI DE LEGE SATVRA. — Satura vero lex est quae de pluribus simul rebus eloquitur, dicta a copia rerum et quasi a saturitate; unde et saturas scribere est poemata varia condere, ut Horatii, Iuvenalis et Persii. 5

XVII DE LEGIBVS RHODIIS. — Rhodiae leges navalium merciorum sunt, ab insula Rodho cognominatae, in qua antiquitus mercatorum usus fuit.

5 unde... Persii] *aliena censet Areal.*

1 cf. Pais, *R. S. D. R.* III p. 33. 386.

*Dig.* (9. 2) 1. 1: quae lex Aquilia plebiscitum est, cum ea Aquilius tribunus plebis a plebe rogaverit.

2 cf. *Dig.* 9. 2 *ad legem Aquiliam Inst. Inst.* 4. 3 *Cod.* 3. 35 *de lege Aquilia* Nov. 18 c. 8: νομοθεσίαν... τὴν τοῦ Ἀκουιλίου προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου δεξαμένην

3 Fest.: satura et cibi genus ex variis rebus conditum est, et lex multis aliis legibus conserta; itaque in sanctione legum adscribitur 'neve per saturam abrogato aut derogato' cf. *lex Acilia repetundarum* (C. I. L. I. 198) l. 71: tribus intro vocabuntur, extra quam sei quid in saturam feretur Diomed. (in *Grammatici* ed. Keil) 3 p. 486: a lege satura quae uno rogatu multa simul comprehendat.

4 Cic. *de leg.* 3. 4. 11. qui agent... nec plus quam de singulis rebus semel consulunto cf. *lex Caecilia Didia de modo legum promulgandarum* in *Rotondi Leges publicae populi Romani* p. 335; Mommsen *D.P.R.* 6. 1 p. 384 n. 3; Costa, *Cicerone giu-*

*reconsulto* [M.A.S.B. s. 1 vol. 8 p. 17.

7 *Dig.* (14. 2) Const. Har-  
menopuli, *Manuale legum* 2.  
11. 1: τὰ ναυτικὰ πάντα καὶ ὅσα  
κατὰ θάλασσαν κρίνεται, Ῥοδίων  
τέμνεται νόμῳ καὶ κατὰ τοὺς Ῥο-  
δίων, δικάζεται νόμους, ὅταν μὴ  
ἄλλος νόμος ἐναντιούμενος τοῖς τῶν  
Ῥοδίων νόμοις εὐρίσκηται. εἰσι γὰρ  
οἱ τῶν Ῥοδίων νόμοι τῶν ἄλλων  
ναυτικῶν νόμων παλαιγενέστεροι.  
(Nautica omnia et quaecumque  
circa mare in iudicium veniunt,  
ex Rhodia deciduntur lege, et se-  
cundum leges Rhodias iudicantur,  
nisi alia lex Rhodiis contraria le-  
gibus inveniatur: sunt enim Rho-  
diorum leges aliis legibus nauticis  
antiquiores).

*Dig.* (14. 2) *de lege Rhodia de iactu* fr. 9 Volusius Maecianus. *ex lege Rhodia*:... Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι. ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης. τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῶ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται. τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ Θεοῦτος Αὐγουστος ἔκρινεν [Antoninus dicit Eudae-  
moni: ego orbis terrarum dominus sum, lex autem maris; lege Rhodia de re nautica iudicium fiat

XVIII DE PRIVILEGIIS. — Privilegia autem sunt leges privatorum, quasi privatae leges. Nam privilegium inde dictum, quod in privato feratur.

XIX QUID POSSIT LEX. — Omnis autem lex aut permittit  
5 aliquid, ut: 'Vir fortis petat praemium,' aut vetat, ut: 'Sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat,' aut punit, ut: 'Qui caedem fecerit, capite plectatur.' Eius enim premio aut poena vita moderatur humana.

3 quod] quae (*cod. Leidens.*) 4 XIX — II x 4 permittit] promittit (*codd. Carolin., Cavens.*) 6 aut] et (*codd. Carolin., Cavens.*) 8 moderatur] moderetur (*cod. Tolet.*)

quatenus nulla lex ex nostris ei contraria est: idem etiam divus Augustus (Marcus Antoninus: cfr. Gothofredus, *de imperio maris* c. 4) indicavit]. Νόμος τῆς θαλάσσης = ius quod in mari obtinet? cf. Glück *C.P.* XIV-XV trad. Bonfante p. 22. n. h, p. 24 n. 32 i.

1 Cic. *de leg* 3. 44; in privatos homines leges ferri noluerunt, id est enim privilegium; quo quid est iniustius? 3. 4. 11 privilegia ne irroganto *de domo* 43: vetant leges sacratae, vetant duodecim Tabulae leges privatis hominibus inrogari; id est enim privilegium *ibid* 26: licuit tibi ferre non legem, sed nefarium privilegium [cf. *ibid* 57-58, 110, 131] *post red. in senat. ibid* 29: vim et crudelitatem privilegii auctoritate honestissimorum hominum *pro Sest.* 65: ne cui privilegium inrogari liceret.

2 Gell, *Noct. Att.* 10. 20. e Ateio Capiton i publici privatique iuris peritissimo [cf. Merklin et Rudolph, *Studia Gelliana* cit. in Hosii editione, Lipsiae 1903]: non sunt enim generalia iussa neque de universis civibus, sed de singulis concepta; quocirca 'privi-

legia' potius vocari debent, quia veteres 'priva' dixerunt quae nos singula dicimus (§ 4)... nam et 'plebisscita' et 'privilegia' translaticio nomine legis appellaverunt eademque omnia confuso et indistincto vocabulo 'rogationes' dixerunt (§ 9) cf. Pais, *R.S.D.R.* 1 p. 404.

3 Fest: privos privasque antiqui dicebant pro 'singulis'; ob quam causam et privata dicuntur, quae unusquisque sint; hinc et privilegium cf. *Dig.* (50. 16) 196: privilegia quaedam causae sunt, quaedam personae; et ideo quaedam ad heredem trasmittuntur, quae causae sunt; quae personae sunt ad heredem non trasmittuntur.

4 *Dig.* (1, 3) 7: 'legis virtus haec est imperare vetare permittere punire *e libro primo regularum* Herennii Modestini, a cuius libro primo differentiarum desumpta videtur differentia « inter eum qui in insulam relegatur et eum qui deportatur »: cf. V. xxvii. 29.

8 Cf. *Dig.* (3 5) 14 [15]: et pro qualitate personarum et actio formatur et condemnatio moderatur.

XX QVARE FACTA EST LEX. — Factae sunt autem leges ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis inpiis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas.

XXI QVALIS DEBEAT FIERI LEX. — Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conveniens, necessaria, utilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem

1 9 XX = II x 5.      2 coerceatur] coerceretur (*codd. Bern. Tolet.*) tutaque] tantaque (*codd. Leidens, Carolin.*)      3 inpiis] improbis (*codd. Bern. Leid. Tolet.*)  
5 XXI = II x 6.

1 Gell. *Noct. Att. ex Tauri in Platonem commentariis* [cf. Rudolph, *de fontibus quibus Aelianus... usus sit* (stud. Lips. 1884) p. 51] 7 (6). 14: poeniendis peccatis tres esse debere causas existimatum est: una est causa.... cum poena adhibetur castigandi atque emendandi gratia... altera est... cum dignitas auctoritasque eius in quem est peccatum, tuenda est... tertia ratio vindicandi est: cf. Costa, *Crimini e pene da Romolo a Giustiniano* p. 44 n. 2.

5 cf. *Dig.* (4. 8) 21. 7: non debent autem obtemperare litigatores, si arbiter aliquid non honestum iusserit (1.1) 10. 1: iuris praecepta: honeste vivere...

6 *Dig.* (1. 1) 10. 2: iurisprudentia est... iusti atque iniusti scientia Senec. *de ben.* 4. 12: legem dicimus iusti iniustique regulam esse. *Dig.* (45. 1) 83: ea dumtaxat, quae natura sui possibilis sunt deducuntur in obligationem.

*Dig.* (12. 1) 38: respiciendum enim esse, an, quantum in natura hominum sit... (32) 65. 3: quod magis optinere debet, quia humanae naturae congruum sit...

(50. 17): 10 secundum naturam est commoda cuiusque rei cum sequi, quem sequentur incommoda.

7 *Dig.* (1. 3) 34: cum de consuetudine civitatis vel provinciae confidere quis videtur (22. 5) 3. 6: diligentiae iudicantis est explorare quae consuetudo in ea provincia in quam iudicat fuerit (3. 4) 6. 1: secundum locorum consuetudinem explicari (18. 1) 71: contra consuetudinem regionis (21. 2) 6: ex consuetudine regionis.

7 Cic. *de divin.* 2. 11: cum quaeritur... quae leges, qui mores aut utiles aut inutiles sint.

8 Pauli *Sent.* (5. 33) 2 ne quis in captionem verborum in cavendo incidat... *Dig.* (4. 4) 1 pr.: infirmum... consilium et multis captionibus suppositum (9. 2) 43: sine magna captionem postumorum liberorum (9. 3) 5. 2: sine captionem actoris (17. 1) 22. 11: si redundet in eum captio qui suscepit mandatum (50. 17) 200: quotiens nihil sine captionem investigari potest, eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.

contineat, nullo privato commodo, sed pro communi civium utilitate conscripta.

XXII DE CAUSIS. — *πράγμα* Graecum est, quod Latine dicitur causa, unde et pragmatica negotia dicuntur, et actor cau-  
5 sarum et negotiorum pragmaticus nuncupatur.

XXIII DE TESTIBVS. — Testes [sunt quibus veritas quaeritur in iudicio]. Hos quisque ante iudicium sibi placitis alligat, ne cui sit postea liberum aut dissimulare aut subtrahere se; unde et alligati appellantur. Item testes dicti quod  
10 testamento adhiberi solent; sicut signatores, quod testamentum signant.

XXIV DE INSTRUMENTIS LEGALIBUS. — Voluntas generale nomen omnium legalium instrumentorum; quae quia non vi, sed voluntate procedit, ideo tale nomen accepit.

<sup>1</sup> contineat] contingat (*cod. Carolin.*) communi] omni (*cod. Carolin.*).  
3 XXII post XXIII (*cod. Tolet.*) 7 placitos allegat... allegati... (*ex Augustini veteri libro*) 8 insimulare (*cod. Toletan.*) 9 item... signant] cf. x 265. 10 adhibere (*cod. Leidens.*) 11 testamenta (*cod. Toletan.*) quod... signant] cf. V. xxiv 5, 6.

<sup>2</sup> Cic. *de rep.* 1. 39: populus (est) coetus multitudinis iuris consensu et utilitatis communi-  
sociatus *Dig.* (1. 3) 1: lex est commune praeceptum... (1. 1) 7. 1: propter utilitatem publicam.

<sup>5</sup> *Dig.* (48. 19) 9. 4: solet autem ita vel iuris studiosis interdici vel advocatis vel tabellionibus sive pragmaticis cf. Iuven., *Sat.* 7. 123: ex foedere pragmaticorum *Schol.*: iurisperitorum qui negotiales causas agunt Cic. *de orat.* 1. 59. 253: ministros habent in causis iuris peritos... ii qui... pragmatici vocantur.

<sup>6</sup> *Cod.* (4. 20) *Dig.* (22. 5) *de testibus*: Arcadii Charisii *liber singularis de testibus*.

<sup>7</sup> *Dig.* (22. 5) 1. 1: adhiberi quoque testes possunt non solum in criminalibus causis, sed etiam in pecuniariis litibus sicubi res postulat.

*Dig.* (2. 14) 1. 2: duorum plu-

riumve in idem placitum (17. 1) 7: fidem adhiberi placitis oporteat (2. 15) 16: si contra placitum fecerit (8. 1) 1. 4: contra placita servitutem vindicanti (23. 4) 26. 4: viro contra placita petenti dotem obstabit exceptio,

<sup>9</sup> cf. Jhering, *L'esprit du droit romain* trad. par de Meulanaere 1 p. 143 n. 71.

<sup>10</sup> Fest. P.: classici testes dicebantur qui signandis testamentis adhibebantur.

<sup>14</sup> *Dig.* (4. 2) 1: olim ita edicebatur 'quod vi metusve causa, vis enim fiebat mentio propter necessitatem impositam contrariam voluntati... sed postea deducta est vis mentio, quia quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videtur. cf. *Dig.* (50. 16) 219: in conventionibus contrahentium voluntatem potius quam verbis spectari convenit.

- 2 Testamentum vocatum quia, nisi testator mortuus fuerit  
nec confirmari potest nec sciri quid in eo scriptum sit, quia  
clausum et obsignatum est; et inde dictum testamentum,  
4 quia non valet nisi post testatoris monumentum. Tabulae  
testamenti ideo appellatae sunt, quia ante carthae et mem- 5  
branarum usum in dolatis tabulis non solum testamenta,  
sed etiam epistolarum alloquia scribebantur; unde et porti-  
5 tores earum tabellarii vocabantur. Testamentum iuris

3 testamentum] *de ecclesiasticis officiis* 1. 11: testamentum autem dicitur, quia idoneis testibus, utique a prophetis, scriptum est atque signatum. 4 per testatoris (*cod. Leidens.*) 5 inde (*cod. Bernens.*) 6 testamentum (*cod. Leidens.*) 7 alloquia] eloquia (*edd.*) 8 tabularii vocantur (*edd.*)

3 obsignatum] *Dig.* (43. 5) 3. 9: exhibere autem apud praetorem oportet, ut ex auctoritate eius *signatores* admoniti venerent ad recognoscenda signa (29. 3) 4: praetoris id officium est, ut cogat signatores convenire et sigilla sua recognoscere 5: vel negare se signasse 7...: debet proconsul curare, ut intervenientibus optima opinionis viris (tabulae) aperiantur et post descriptum et cognitum factum ab isdem, quibus intervenientibus aperta sunt obsignentur, tunc deinde eo mittantur, ubi ipsi signatores sint, ad inspicienda sigilla sua. Pauli *Sent.* (4. 6) 2 (*e capite legis vicesimariae de testamentis extra urbem in Italia factis?*): ab iisdem rursus [magistratibus] obsignari in quorum presentia aperta sunt: cf. Scialoja, *Testamento di C. Longino Castore* [B.I.D.R. (a. 1894)] p. 18 - 19 Costa, *S.D.R.P.* p. 477 n. 1.

5 *Iust. Inst.* (2. 10) 12: nihil autem interest, testamentum in tabulis an in chartis membranisque

vel in alia materia fiat Paul. *Sent.* (4. 7) 6: tabularum appellatione chartae quoque et membranae continentur.

*Dig.* (37. 11) 1 pr.: tabulas testamenti accipere debemus omnem materiae figuram; sive igitur tabulae sint lignae sive cuiuscunque alterius materiae, sive chartae sive membranae sint vel si corio alicuius animalis, tabulae recte dicuntur. *Cod.* (6. 23) 15. 2: ut, qui facultates proprias cupiunt ordinare in quacunque instrumenti materia conscribere et quibuscunque verbis uti liberam habeant facultatem.

6 Fest. tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro citrove sive privatim sive publico opus erat, certiores absentes faciebant. Unde adhuc tabellarii dicuntur, et tabellae missae ab imperatoribus.

8 *Dig.* (41. 1) 65 pr.: si miseris ad me tabellarium tuum et ego rescribendi causa litteras tibi misero, simulatque tabellario tuo tradidero tuae fient.

civilis est quinque testium subscriptione firmatum. Testamentum iuris praetorii est septem testium signis signatum: sed illud apud cives fit, inde civile; istud apud praetores, inde iuris praetorii. Testamentum autem signare 6

1 signis subscriptione (*edd.*).

2 signatum] firmatum (*edd.*)

1 Gai *Inst.* 2. 104: qui facit *testamentum*, adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus, V testibus civibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam *Iust. Inst.* (2. 10) 1: scilicet quia per emancipationem, id est imaginariam quandam venditionem, agebatur, quinque testibus et libripende, civibus Romanis puberibus, praesentibus, et eo, qui familiae emptor dicebatur.

*Iust. Inst.* (2. 10) 3: constitutum est ut... et subscriptione testium, quod ex constitutionibus inventum est, et ex edicto praetoris signacula testamentis imponerentur...; subscriptiones autem testatoris et testium ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur, signacula autem et numerus testium ex edicto praetoris *Dig.* (28. 1) 22. 4: si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, verumtamen signaverit, pro eo est atque si adhibitus non esset: et si, ut multi faciunt, adscripserit se, non tamen signaverit, adhuc idem dicemus. (50. 16) 39 pr.: 'subsignatum, dicitur, quod ab aliquo subscriptum est, nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione uti solebant *Fest.* v. *resignare*: subsignare dicimus pro subscribere v. *signare*:...

antiqui eo pro scribere *utebantur*, unde et *subsignare* et *consignare*.

2 *Iust. Inst.* (2. 10) 2: ex edicto praetoris alia forma faciendorum testamentorum introducta est; iure enim honorario nulla emancipatio desiderabatur, sed septem testium signa sufficiebant, cum iure civili signa testium non erant necessaria *Ulp. Fr.* 28. 5: etiam si iure civili non valeat testamentum..., si signatum testamentum sit non minus quam septem testium civium Romanorum signis, bonorum possessio datur *Cic. in Verr.* 2. 1. 45. 117: si de hereditate ambigetur, et tabulae testamenti obsignatae non minus multis signis, quam e lege oportet, ad me proferentur, secundum tabulas testamenti potissimum possessionem dabo (*cf.* *Costa, S. D. R. P.* p. 478 n. 1 *Cicerone giureconsulto* [*M. A. S. B.* 5 p. 36 n. 1]). *Quae verba a posterioribus praetoribus paulo commutata sunt*: *cf.* *Lenel E. P.* § 149 *Bruns F. I. R. A.* p. 224 n. 18

4 *Cod.* (6. 23) 21 pr = *Nov. Theod. II* 16. 1: hac... consultissima lege sancimus licere per scripturam conficiendis testamentum... proferre scripturam vel ipsius testatoris vel cuiuslibet alterius manu conscriptam eamque rogatis testibus septem numero civibus Romanis puberibus...

7 notare est, id est ut notum sit quod scriptum est. Holo-  
 graphum testamentum est manu auctoris totum conscri-  
 ptum atque subscriptum; unde et nomen accepit. Graeci  
 8 enim ὅλον totum, γραφήν litteram dicunt. Inritum testamen-  
 tum est, si is qui testavit capite diminutus est, aut si non  
 9 rite factum sit. Inofficiosum testamentum est, quod  
 frustra liberis exheredatis sine officio naturalis pietatis in  
 10 extraneas personas redactum est. Ruptum testamentum

1 id est om. (cod. Bernens.) scriptum] praescriptum (edd.) 4 enim om (cod. Toletan.).  
 5 qui testatus est, aut si (cod. Leidens.). 6 recte factus (cod. Carolin.)  
 7 exhereditatis (cod. Carolin.) 8 reductum (cod. Toletan.)

1 *Nov. Valent.* 21. 2. [Hae- nel 20. 2] 1: mansura iugiter lege decernimus, ut quisquis per holo- grafam scripturam supremum maluerit ordinare iudicium habeat liberam facultatem... intestatus nemo morietur, cui fuerit sollicitudo testandi... si holografa manu testamenta condantur, testes necessarios non putamus (a. 446).

2 *Cod.* (6. 23) 29. iubemus omnimodo testatorem, si vires ad scribendum habeat, nomen heredis vel heredum in sua subscriptione vel in quacumque parte testamenti ponere, ut sit manifestum secundum illius voluntatem hereditatem esse transmissam § 1: sin autem forsitan ex morbi acerbitate vel litterarum imperitia hoc facere minime poterit, testibus testamenti praesentibus nomen vel nomina heredis vel heredum ab eo noncupari (a. 531) *Cod.* (6. 23) 21. 1 = *Nov. Theod* II 16. 3: quod si litteras testator ignoret vel subscribere nequeat, octavo subscriptore pro eo adhibito eadem servari decernimus (a. 439).

4 cf. Costa *S. D. R. P.* p. 479 n. 7 Spangenberg *T. N. S.* Lipsiae 1822 p. 90 - 97.

5 *Gai Inst.* 2. 145 - 146 = *Iust. Inst.* (2. 17) 4 - 5: alio quo- que modo testamenta iure facta infirmantur, velut cum is, qui fecerit testamentum, capite deminutus sit... hoc autem casu irrita fieri testamenta dicuntur [dicemus: *Gaius*], cum alioquin et quae rumpantur irrita fiant et quae statim ab initio non iure fiunt irrita sint *Dig.* (28. 3) *de iniusto rupto irritato facto testamento*.

6 *Pauli Sent.* (4. 5) 1 [e *Brev. Alaric.*]: inofficiosum dicitur testamentum, quod frustra liberis exheredatis non ex officio pietatis videtur esse conscriptum *Iust. Inst.* (2. 18) pr: quia plerumque parentes sine causa liberos suos vel exheredant vel omittunt, inducitur est ut de inofficioso testamento agere possint liberi.: recte quidem fecit testamentum, non autem ex officio pietatis [e *Marciani libro quarto Institutionum: Dig.* (5. 2) 2 *de inofficioso testamento*].

8 *Cod.* (6. 12) 2: postumo nato, qui neque heres institutus a patre neque nominatim exheredatus est, testamentum rumpitur (a. 224) *Gai Inst.* 130 = *Iust.*

inde vocatur, eo quod nascente postumo, neque exhereditato nominatim, neque herede instituto, dirumpitur. Suppressum 11  
 testamentum est, quod in fraude heredum vel legatariorum  
 seu libertorum non est palam prolatum: quod si non latet, ta-  
 5 men si praedictis personis non proferatur, suppressi tamen vi-  
 detur. Nuncupatio est, quam in tabulis cerisque testator 12  
 recitat, dicens: 'Haec ut in his tabulis cerisque scripta sunt,  
 ita dico, ita lego: itaque vos, cives Romani, testimonium  
 mihi perhibete,' et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare

1 vocatum (*cod. Bernens.*) neque exhereditato (*cod. Leidens.*) neque ex hereditate  
 (*edd.*) 6 quam] cum (*edd.*) 8 ita do, ita lego e *Gai Inst.* 2.104 (*ed. Oxon.*  
*sec. edd.*) 9 praebitote vel peribete (*edd.*) praebete (*cod. Leidens.*)

*Inst.* (2. 13) 1: postumi quoque liberi nominatim vel heredes institui debent vel exheredari... *testamentum... agnatione postumi* sive postumae rumpitur et ea ratione totum infirmatur. *Gai Inst.* 146 = *Iust. Inst.* (2. 17) 5: *et ea*, [testamenta] quae iure facta sunt et postea propter capitis deminutionem irrita fiunt, possunt nihilo minus rupta dici; sed quia sane commodius erat singulas causas singulis appellationibus distingui, ideo quaedam non iure fieri dicuntur, quaedam iure facta rumpi vel irrita fieri. *Ulp. Fr.* 23. 2: rumpitur testamentum mutatione, id est si postea aliud testamentum iure factum sit; item agnatione, id est si suus heres agnascatur, qui neque heres institutus neque ut oportet exhereditatus sit. *Iust. Inst.* (2. 17) 1: rumpitur autem testamentum, cum, in eodem statu manente (*cf.* p. 22 v. 5) testatore, ipsius testamenti ius vitatur. *Cic. de orat.* 1. 57. 241: quis eo testamento, quod pater familias ante fecit, quam ei filius natus esset, hereditatem petit? Nemo: quia constat agnascen-

do rumpi testamento.

3 *Pauli Sent.* (4. 7) 3 [*e Brev. Alaric.*] testamentum suppressit, qui sciens prudensque tabulae testamenti in fraudem heredum vel legatariorum fideique commissorum aut libertatum non proferit 4: suppressere tabulas videtur, qui cum habeat et proferre possit, eas proferre non curat 1: qui testamentum falsum scripserit, recitaverit, subiecerit, signaverit suppresserit... *Dig.* (48. 10) 2: qui testamenta amoverit celaverit eripuerit deleverit interleverit) poena legis Corneliae de falsis tenebitur, id est in insulam deportatur. Cf. *Costa, Crimini e pene da Romolo a Giustiniano* p. 141.

6 *Gai Inst.* 2. 104 = *Ulp. Fr.* 20. 9 testator tabulas testamenti manu tenens ita dicit: HAEC ITA UT IN HIS TABULIS CERISQUE SCRIPTA SUNT, ITA DO ITA LEGO ITA TESTOR; ITAQUE VOS, QUIRITES, TESTIMONIUM MIHI PERHIBETOTE; et hoc dicitur nuncupatio (*Ulp.* quae nuncupatio et testatio vocatur).



- 13** est enim palam nominare et confirmare. Ius liberorum est coniugum sine liberis invicem pro loco pignorum hereditatis alterna conscriptio. Codicillum, ut veteres aiunt, sine dubio ab auctore dictum, qui hoc scripturae genus

2 pro om. Areval. (ed. Migne).

3-4 codicellus... dictus (ed. Otto in C. G. L. V. cur. Lindemann) ist wahrscheinlich ein spanischer Provincialismus: Fein — Glück 29. 7 § 1509 p. 25 n. 66 48 qui] quia (codd. Leidens., Carolin.)

3 codice illum est ut (cod. Carolin.)

1 Gai *Inst.* 2. 104: nuncupare est enim palam nominare, et sane quae testator specialiter in tabulis testamenti scripserit, ea videtur generali sermone nominare atque confirmare Varr. *l. l.* 6. 60: nuncupare nominare valere apparet in legibus, ubi nuncupatae pecuniae sunt scriptae Fest.: nuncupata pecunia est, ut ait Cincius in *l. II* de officio iuris consulti, nominata, certa [*nomine concepta*: Huschke], nominibus propriis pronuntiata cf. *Leges XII Tabularum* (6. 1) in Bruns *F. I. R. A.* p. 25 n. 2 Cic. *de off.* 3. 16. 65 *de orat.* 1. 57. 245; 3. 38. 153: inusitata [verba] sunt prisca fere ac vetusta... neque enim illud fugerim dicere... nuncupari.

*Cod. Th.* (15. 14) 9... valeat impetratio iuris communium liberorum (a. 395) *ibid.* (8. 17 4: quod impetratum ius communium liberorum (a. 412) Ulp. *Fr.* 16. 1<sup>a</sup> *de solidi capacitate inter virum et uxorem*: libera inter eos testamenti factio est, si ius liberorum a principe impetraverint. *C. I. L.* 11. 6354:... imp. [Commodus? cf. Dessau *I. L. S.* 6655] ius commune liberorum concessit.

3 *Iust. Inst.* (2. 25) pr.: ante Augusti tempora constat ius codicillorum in usu non fuisse, sed primus Lucius Lentulus, [fortasse Cossus Cornelius Cn. f. Lentulus *cons.* a. 1 a. C.: *C. I. L.* 5.3257; 6. 8738 (Dessau *I. L. S.* 3610, 7866) cf. Liebenam, *F. C. I. R.* p. 9 Pais *R. S. D. R.* 2 p. 170, 360, 374 Niese *S. R.* p. 386] ex cuius persona etiam fidei commissa coeperunt, codicillos introduxit; nam cum decederet in Africa scripsit codicillos testamento confirmatos Theophili *I. G. P.* (ed. Ferrini p. 251): πρὸ τῶν Αὐγούστου χρόνων ἢ τῶν codicillῶν ποιήσις οὐκ ἦν ἐν χρήσει πρῶτος δὲ Λύκιος Λεντούλος τούτους ἐξηῦρε, καὶ εἰς πολιτείαν ἦ γαγεν. ὁ γὰρ Λεντούλος ἐν Ρωμῇ διαθέμενος ἔγραψε κληρονόμον τὴν ἰδίαν θυγατέρα καὶ Αὐγούστον τὸν βασιλέα, καὶ ἑτέρους. εἶπε δὲ ἐν τῇ διαθήκῃ οὕτως. « ἐάν τινα ποιήσω μετὰ ταῦτα codicillon, ἰσχυρὸς ἔστο = si quem post haec fecero codicillum validus esto (Reitz) — si quos postea codicillos confecero, rati habeantur (Ferrini) — si quos codicillos ad testamentum meum pertinentes reliquero rati sunt (Fein) cf. Glück, *P. tr.* Bonfante 29. 2 p. 18 n. 70 p. 143 n. 62.

instituit. Est autem scriptura nullam indigens sollemnitatem verborum, sed solam testatoris voluntatem qualicumque scripturae significatione expressam. Cuius beneficio voluntatibus defunctorum constat esse subventum propter  
 5 legalium verborum difficultatem, aut certe propter necessitatem adhibendorum sollemnium, ita ut qui scribit titulum eiusdem scripturae codicillum vocet. Sicut autem codicillus fit vice testamenti, ita epistola vice codicillorum. Cretio 15  
 est certus dierum numerus, in quo institutus heres aut adit  
 10 hereditatem, aut finito tempore cretionis excluditur, nec

1 nulla... sollemnitate (*codd. Carol., Leidens.*) 3 significatione] pronuntiatione (*cod. Carol.*) expressa *cod. Bernesis*. 6 ita autem et qui (*cod. Toletan.*)  
 7 scripturae om. (*cod. Toletan.*) 9 adit] ad (*codd. Carol. Leiden.*) 10 excluditur] secluditur (*cod. Ambros.*)

1 *Iust. Inst.* (2. 25) 3: codicillos autem... nullam sollemnitatem ordinationis desiderant *Dig.* (29. 7)  
 2. 2: codicillorum ius singulare est, ut quaecumque in his scribentur perinde haberentur, ac si intestamento scripta essent.

3 *Dig.* (29.7) 20: si palam heres nuncupatus sit, legata autem in tabulis collata fuerint, Iulianus ait tabulas testamenti non intellegi, quibus heres scriptus non est, et magis codicilli quam testamentum existimandae sunt: et hoc puto rectius dici. 14: ego (Scaevola) autem ausim sententiam Proculi verissimam dicere; nullius enim momenti est legatum, quod datum est ei, qui tempore codicillorum in rebus humanis non est, licet testamenti fuerit.

5 *Iust. Inst.* (2. 25) pr: Trebatium suasisse Augusto, quod diceret utilissimum et necessarium hoc civibus esse propter magnas et longas peregrinationes, quae apud veteres fuissent, ubi, si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset *Dig.* (29. 7) 8 pr.:

conficiuntur codicilli quattuor modis: aut enim in futurum confirmantur aut in praeteritum aut per fidei commissum testamento facto aut sine testamento.

8 *Dig.* (29.7) 17: litterae, quibus hereditas promittitur vel animi affectus exprimitur, vim codicillorum non optinent.

9 *Gai Inst.* 2. 164: Extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis deliberandi ut intra certum tempus vel adeant hereditatem vel, si non adeant, temporis fine summoveantur *Ulp. Fr.* 22. 27: cretio est certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum utrum expediat ei adire hereditatem nec ne, velut: TITIVS HERES ESTO CERNITOQUE IN DIEBUS CENTUM PROXIMIS, QUIBUS SCIERIS (*Gaius:* SCIES) POTERISQUE: NISI ITA (*Gaius:* QUOD NI ITA) CREVERIS, EXHERES ESTO. *Gai Inst.* 2. 166: et qui ita heres institutus est, si velit heres esse debet intra diem cretionis cernere. id est haec verba dicere: QUOD ME PUBLIVS MAEVIUS TESTAMENTO SUO

- 16 liberum illi est ultra capiendae hereditatis. Cretio autem appellata quasi decretio, id est decernere vel constituere, ut puta: 'ille heres mihi esto': additurque, 'cernitoque infra dies tot.' Adeundarum autem hereditatum centesimus 5  
17 statutus erat dies, quibus non esset cretio addita. Fidei-

2 quasi... id est] id est... quasi (*cod. Leidens*). 3 mihi om. (*cod. Toletan.*): intra (*edd.*)

HEREDEM INSTITUIT, EAM HEREDITATEM ADEO CERNOQUE *simil.* Ulp. *Fr.* 22. 28.

1 *Cod. Theod.* (8. 18) 8 = *Cod. Iust.*, (6. 30) 17: cretionum... scrupolosam sollemnitatem... hac lege emendari penitus amputarique [*Cod. Inst. om.* 'emendari,] decernimus [a. 407] *Cod. Theod.* (4. 1) *de cretione vel bonorum possessione*: interpretatio ad l. 1 [a. 426]: « cretio et bonorum possessio antiquo iure a praetoribus petebatur; quod explanari opus non est, quia legibus utrumque sublatum est »

2 *Gai Inst.* 2. 164... autem cretio appellata est quia cernere est quasi decernere et constituere: cf. *Dig.* (29. 2) 13. 2: heres institutus decernat 9: neque enim scire neque decernere talis aetas potest. Varronis *de lingua latina* 7. 98: apud Plautum (*Cist. 1*) 'quia ego antehac te amavi < et mihi amicam esse crevi', crevi > valet constitui: itaque heres cum constituit se heredem esse, dicitur 'cernere' et, cum id fecit, 'crevisse' 6. 81: dictum 'cerno' a cereo, id est a creando; dictum ab eo quod cum quid creatum est, tunc denique videtur: hinc... et qui id in testamento < cernito >, id est facito videant te esse heredem; itaque in cretione adhibere iubent testes

Non. 261, 26: cernere significat videre... rursus succedere: unde et cernere hereditatem filii (id est succedere patribus) dicti sunt. *Fest P.* 53,8: crevi modo significat haereditatem adii, modo maior aetate vel censu sum, modo iudicavi, modo divisi *Cic. Verr.* 3.66: cernitis, iudices, quod et quantum incendium... pervaserit *Phil.* 13. 36: nonne cernitis, ex uno fonte omnia scelera manare? *Mil.* 2: illa praesidia, quae pro templis omnibus cernitis *ad Att.* 11. 2. 1: ex testamento crevi hereditatem 11. 12. 4: Galeonis hereditatem crevi; puto enim cretionem simplicem fuisse 13. 47: remittendus est ut ille cernat *de orat.* 1. 22. 101... ut in cretionibus scribi solet: QUIBUS SCIAM POTEROQUE *ad Att.* 15. 2. 4: scire vellem et diem testamenti *de lege agr.* 2. 15. 40: quam hereditatem iam crevimus cf. *Costa Cicerone giureconsulto* [*M. A. S. B.* I. 5 p. 52 n. 4; 53 n. 7] *Scialoja Il testamento di Acca Larentia* [*R. A. L.* 14 p. 141]

5 *Gai Inst.* 2. 170: Omnis autem cretio certo tempore constringitur; in quam rem tolerabile tempus visum est centum dierum: potest tamen nihilo minus iure civili aut longius aut brevius tempus dari; longius tamen interdum praetor coartat *Dig.* (28. 8) 1. 1:

commissum dictum, ut fiat quod a defuncto committitur. Nam fides dicta eo quod fiat; quod tamen non in directis verbis, sed precativis exposcitur. Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens scriptura, legibus ac moribus conprobata; et dictum pactum quasi ex pace factum, ab eo quod est paco, unde et pepigit. Placitum quoque similiter ab eo, quod placeat. Alii dicunt pactum esse quod volens quisque facit; placitum vero etiam nolens compellitur, ve-

1 quod] quae (cod. Carol.) 2 Nam... exposcitur om. (codd. Carolin., Vatican.) in om. (cod. Tolet.) 6 pango, unde et pepegit foedus (codd. Carolin., Leidens. Vatican.) quoque om. codd. Carolin., Leidens. Vatican.) quod est pango, id est statuo vel definio, unde et pepigit, id est spondit, foedus, hoc est pactus, quod est amicitia optima (foedus id est pacem et amicitiam spondet) cf. I. Tardif, *Abrégé juridique* p. 676 "Recte in vet. libris pactum a paco, non a pango ducitur (Arval.) § 19.

ait praetor: 'si tempus ad deliberandum petet, dabo, 1. 2: cum dicit tempus nec adicit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate, quem diem, praestituit 2: itaque [utique?] pauciores centum dierum non sunt dandi cf. Cic. *ad Att.* 13. 46. 3: ex eo cognovi cretionem Cluvii... liberam cretionem; testibus praesentibus, sexaginta diebus.

1 Gai *Inst.* 2. 248, = *Iust. Inst.* (2. 23) 2: ut aliquis heres recto iure instituatur eiusque fidei committatur ut eam hereditatem alii restituat *Iust. Inst.* (2. 23) 1: et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo iuris, sed tantum pudore eorum qui rogabantur continebantur.

3 Ulp *Fr.* 25. 1: fideicommissum est, quod non civilibus verbis, sed precativè relinquitur, nec ex rigore iuris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis.

*Dig.* (2. 14) 1. 1: pactum au-

tem a pactione dicitur (inde etiam pacis nomen appellatum est) 2: et est pactio duorum pluriumve in idem placitum [et] consensus.

5 Fest 296: pactionem antiqui dicebant, quam nunc pactionem dicimus; unde et pacisci adhuc et paceo [pacto vel paco *Augustin.*] in usu remansere 260: pacem a pactione condicionum putat dictam Sinius Capito, quae utrique inter se populo sit observanda.

6 Priscian *de arte gramm.* 10. 5. 32: antiqui 'pago' quoque dicebant pro paciscor, *citans ex Cicerone*: rem ubi pagunt orationi (*sic libri*) pagunt [cf. *Rhet ad Her.* 2. 13. 20: pacta sunt, quae legibus observanda sunt hoc modo 'rem ubi pacunt, orato ni pacunt...'] (XII tab. 1. 6,7)] Fest. 496: talionis mentionem fieri in XII tabulis (8. 2) ait Verrius hoc modo: 'si membrum rup<s>it, ni cum eo pacit, talio esto cf. Gai *Inst.* 3. 223 Paul. *Sent.* 5. 4. 6 Gell. *Noct. Att.* 20. 1. 14.

luti quando quisque paratus sit in iudicio ad respondendum;  
 20 quod nemo potest dicere pactum, sed placitum. Mandatum  
 dictum, quod olim in commisso negotio alter alteri manum  
 21 dabat. Ratum vero, quasi rationabile et rectum, unde et  
 qui pollicetur dicit: 'Ratum esse profiteor,' hoc est, fir- 5  
 22 mum atque perpetuum. Rite autem esse non recte, sed  
 23 ex more. Chirographum. Cautio. Emtio et venditio  
 24 veniens. Emtio autem, dicta, quod a me tibi sit: venditio

1 quis (*cod. Bernens.*), § § 20-21 *simil. I. Tardif cit.* 3 commisso *om. (codd. Leidens. Carolin)* cf. XI. 1. 67. 5 'Ratum me esse' (*codd. Carol. Vatic.*) est enim (*cod. Leidens.*) 6 recte] certe (*cod. Tolet.*) 7 Chirographum. Cautio] chirographum cautio id est manus inscriptio (*cod. Neap. separatae leguntur haec voces in melioribus libris sine interpretatione (ed Migne).*)

1 *Dig.* (17. 1) 7: atque ideo fidem adhiberi placitis oporteat.

2 *Dig.* (17.1) 1. 4: mandatum... originem ex officio atque amicitia trahit: cf. IHERING *Op. cit.* vol. 3 n. 331.

3 «manum» *pro* 'potestatem'? cf. Meerman, *Thesaur.* vol. 3 p. 508 cit. in Glück, *P.* XVII p. 3 cf. Liv. 23. 9. 3: dextrae dexteram iungentes fidem obstrinximus Plin. *Nat. Hist.* 11. 45. 250: inest et aliis partibus quaedam religio, sicut in dextera... in fide porrigitur Serv. *in Aen.* 3. 607: phisici dicunt esse consecratas numinibus singulas corporis partes, ut... dexteram Fidei.

5 *Dig.* (46. 7) ratam rem haberi et de ratihabitione 12. 1: rem haberi ratam hoc est comprobare adgnoscerique quod actum est a falso (*itp?*) procuratore *fr.* 10: interdum ex conventionem stipulatio ratam rem interponi solet cf. Voigt *Röm Rechts*, § 62 n. 39 6 cf. Serv. *in Aen.* 12. 836.

8 Gai *Inst.* 3. 141: nostri prae-

ceptores putant etiam in alia re posse consistere pretium; unde illud est, quod vulgo putant per permutationem rerum emptionem et venditionem contrahi *Iust Inst.* (3, 23) 2: Sabinus et Cassius etiam in alia re putant posse pretium consistere... *Dig.* (18. 1) 1. 1: an sine nummis venditio dici hodieque possit, dubitatur, veluti si ego togam dedi, ut tunica acciperem. Sabinus et Cassius esse emptionem et venditionem putant; Nerva (Neratius *F*) et Proculus permutationem non emptionem esse (19. 4) 1 pr: sed cum debeat et res et pretium esse non potest permutatio emptio venditio esse... nec ratio patitur ut una eademque res et veneat et pretium sit emptionis (19. 5) 5. 1: quia non placet permutationem rerum emptionem esse cf. Serv. *in Georg.* 3. 306: apud maiores omne mercimonium in permutatione constabat *Dig.* (18. 1) 1 pr.: origo emendi vendendique a permutationibus coepit.

quasi venundatio, id est a nundinis. Donatio est cuiuslibet rei translatio. Dictam autem dicunt donationem quasi doni actionem, et dotem quasi do item. Praecedente enim in nuptiis donatione, dos sequitur. Nam antiquus nuptiarum erat ritus quo se maritus et uxor invicem emebant, ne

1 venundatio (*cod. Bernens.*) cuiuslibet (*codd. Bernens. Tolet.*) 2 translatio] actio (*cod. Tolet.*) transactio (*cod. Areval. et in ed. Oxon.*) 3 \* nam et ipsae dotales tabulae indicant quod causa procreandorum liberorum ducitur uxor»: *de ecclesiasticis officiis lib. 2 c. 20 n. 10 cf. de proprietate sermonum (differentiarum) liber 153: inter nubere, enubere et denubere hoc interest: quod nubit civis civi, enubit extraneo, denubit quae in manum viri convenit.* 4 antiquus] antiquitus (*codd. Leidens. Carolin.*) 5 maritus invicem et uxor (*codd. Leidens. Carolin. Vatican.*)

1 *Dig.* (19, 1) 39; quaero si quis ita fundum vendiderit. ut id venum datum esse rideatur...

cf. *Dig.* (17, 2) 69: cum societas ed emendum coiretur et conveniret, ut unus reliquis nundinas id est epulas praestaret...

2 *Iust. Inst.* (2, 7) pr.: est etiam aliud genus acquisitionis donatio 2: est et aliud genus inter vivos donationum, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem a iunioribus divis principibus introductum est quod ante nuptias vocabatur et tacitam in se condicionem habebat, ut tunc ratum esset cum matrimonium fuerit insecutum *Cod.* (5. 3) 20: sancimus, nomine prius emendato, ita rem corrigi et non ante nuptias donationes eandem vocari sed propter nuptias... ideo enim et antiqui iuris conditores inter donationes etiam dotes connumerant: si igitur et nomine et substantia nihil distat a dote ante nuptias donatio:.. sancimus... omnes licentiam habere, sive prius quam matrimonia contraxerint, sive postea donationes mulieribus

dare propter dotis donationem: ut non simplices donationes intelligantur, sed propter dotem et propter nuptias factae.

5 *Gai Inst.* 1. 113 coemptione vero in manum conveniunt per mancipationem, *id est* per quandam immaginariam venditionem *Serv. in Georg.* 1. 31:... ad antiquum nuptiarum pertinet ritum quo se maritus et uxor invicem coemebant sicut habemus in iure (cf. *in Aen.* 4. 103. 114) *Non.* 531: nubentes veteri lege Romana asses III ad maritum venientes solere pervehere, atque unum, quem in manu tenerent, tamquam emendi causa marito dare... quos ritus Varro... de vita populi Romani diligentissime percucurrit. *Boeth. ad Cic. Top.* 3. 14: coemptio vero certis sollemnitatibus peragebatur, et sese in coemendo invicem interrogabant, vir ita an sibi mulier materfamilias esse vellet? Illa respondebat velle; item mulier interrogabat: an vir sibi pater familias esse vellet? Ille respondebat velle... quam sollemnitatem in suis institutis Ulpianus exponit.

- videretur uxor ancilla, sicut habemus in iure. Inde est  
 27 quod praecedente donatione viri sequitur dos uxoris. Do-  
 natio usufructuaria ideo dicitur, quod donator ex ea  
 usum fructum adhuc retinet, servato cui donatum est iure.  
 28 Donatio directa ideo nuncupatur, quia et iure et usu 5  
 statim transit in alterum, nec ultra aliquid inde ad ius do-  
 29 natoris retorquetur. Condiciones proprie testium sunt, et  
 dictae condiciones a condicendo, quasi condiciones, quia  
 non ibi testis unus iurat, sed duo vel plures. Non enim  
 in unius ore, sed in duorum aut trium testium stat omne 10  
 verbum. Item condiciones, quod inter se conveniat sermo  
 30 testium, quasi condiciones. Stipulatio est promissio  
 vel sponsio; unde et promissores stipulatores vocantur

1 sicut] sed (*cod. Bernens.*)      4 servat (*cod. Vatican.*)      5 directa] recta  
 (*codd. Leidens. Carolin. Vatican.*)      8 quasi condiciones (*codd. Bernens. Leidens.*  
*Carolin.*)      9 sed vel duo vel (*codd. Leidens. Tolet.*)      10 in... in] *om.* (*cod.*  
*Leidens. Carolin.*)      11 quod] quae (*cod. Leidens.*)      12 quasi condiciones (*codd.*  
*Bernens. Leidens.*)      13 cf. X 258 vel sponsio] *om.* (*cod. Carolin.*) promissores]  
 sponsos (*codd. Leidens. Carolin.*) vocantur] dicuntur [*cod. Carolin.*]

2 *Cod.* (5. 3) 20: quare enim dotem quidem etiam costante matrimonio mulieri marito dare conceditur, donationem autem marito nisi ante nuptias facere non permittatur? Et quae huius rei differentia rationabilis potest inveniri, cum melius erat mulieribus propter fragilitatem sexus, quam maribus subveniri? Cf. p. 29 v. 3.

5 cf. *Cod.* (8. 54) 25: donatio sive directa sit, sive mortis causa instituta...

7 *Gai Inst.* 4. 17; = *Iust. Inst.* (4. 6) 15... condicere denuntiare est prisca lingua *simil.* Fest. P. v. *condicere.*

12 *Paul Sent.* (2. 3) [*Brev. Alaric.*]: stipulatio est verborum conceptio, ad quam quis congrue [congruenter? BESELER] interrogatus respondet.

*Dig.* (45. 1) 5. 1: stipulatio

autem est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur daturum facturumve se quod interrogatus est responderit (44. 7) 1. 7 = *Gai Inst.* 3. 92 = *Iust. Inst.* (3. 15 pr): verbis obligatio contrahitur [fit: GAIUS] ex interrogatione et responsu [responsione: GAIUS] cf. x 258.

13 *Dig.* (50. 16) 7: sponsio appellatur non solum quae per sponsus interrogationem fit, sed omnis stipulatio promissioque.

*Varr. de lingua latina* 6.69: spondere est dicere 'spondeo'; a 'sponte', nam id valet 'a voluntate... 70: spondebatur pecunia aut filia nuptiarum causa... quae pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta sponsio Fest. 462: spondere antea ponebatur pro dicere et respondere adh < ut manet, sed postea > usurpari coeptum est d<e promissu ex inter-

Dicta autem stipulatio ab stipula. Veteres enim, quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum iungentes sponsiones suas agnoscebant [sive quod stipulum iuxta Paulum iuridicum firmum appellaverunt.]

- 5 Sacramentum est pignus sponsionis; vocatum autem sacramentum, quia violare quod quisque promittit perfidiae est. 31
- XXV DE REBUS. — Hereditas est res quae morte alicuius

3-4 sive... appellaverunt] *om.* (*cod. Basileens.*) *add. in marg.* (*codd. Bernens. Tolentan.*)  
 4 stipulum] stipulam (*codd. Leidens. Carolin. Escorialens.*)

rogatio >ne alterius 440: spondere Verrius putat dictum, quod sponte sua, id est voluntate, promittatur; deinde oblitus inferiore capite sponsum et sponsam ex Graeco dicta[m] ait, quod i σπονδὰς interpositis rebus divinis faciant.

1 Paul. *Sent.* 5. 7. 1: [e *Brev. Alaric.*] obligationum firmandarum gratia stipulationes inductae sunt, quae quadam verborum sollemnitatem concipiuntur, et appellatae, quod per eas firmitas obligationum constringitur: stipulum enim veteres firmum appellaverunt: cf. Ceci, *Le etimologie dei giureconsulti romani*, Torino 1892 p. 154 n. 1: stipulatio a 'stipe' e Varr. *de lingua latina* 5. 182: stipendium a stipe dictum.... et qui pecuniam alligat, stipulari et restipulari; cf. Fest. 379: stipem esse nummum signatum, testimonio est et de eo quod datur stipendium militi, et cum spondetur pecunia quod stipulari dicitur 412: <stipem pecuniam signatam, quod stiparetur>; ideo stipulari dicitur is, qui interrogat alterum, spondetne stipem, id est > aes.

5 Gai *Inst.* 4: 13; sacramenti

actio generalis erat...; qui victus erat summam sacramenti praestabat poenae nomine; eaque in publicum cedebat... non ut nunc sponsionis et restipulationis poena lucro cedit adversarii qui vicit Fest. 468: sacramentum aes significat, quod poenae nomine penditur, sive eo quis interrogatur, sive contendit[ur] 466: sacramento dicitur, quod <iurisiurandi sacratio ne interposita actum <est>.

Varr. *de lingua latina* 5. 36. 180: ea pecunia, quae in iudicium venit in litibus sacramentum a 'sacro' Lex Acilia repetundarum (*C. I. L.* 1. 198): aut lege Junia sacramento actum siet aut quod h. l. nomen <delatum sie>t.

7 Cic. *Top.* 6. 29; hereditas est pecunia, quae morte alicuius ad quempiam pervenit iure... nec ea aut legata testamento aut possessione retenta *de inv.* 1.45.84: hereditate tibi me vivo mea pecunia venire non potuit. *Dig.* (50.16) 24: nihil est aliud 'hereditas' quam successio in universum ius quod defunctus habuit = (50.17) 62: hereditas nihil aliud est quam successio...



ad quempiam pervenit, nec legata testamento, vel possessione retenta. Dicta autem hereditas a rebus aditis, sive ab aere, quia qui possidet agrum et censum solvit; inde et  
 2 hères. Res sunt quae in nostro iure consistunt. Iura autem  
 3 sunt quae a nobis iuste possidentur nec aliena sunt. Dicta 5  
 autem res a recte habendo, ius a iuste possidendo.  
 5 Peculium proprie minorum est personarum sive servorum. Nam peculium est quod pater vel dominus filium suum vel servum pro suo tractare patitur. Peculium autem a pecu-

1 vel pro nec (ed Oxon); sed nec sec. Areval (ed. Migne) coll. Cic. Top. 6. 29. legata] legato (cod. Bernens.) 2 possessiones et emta (cod. Leidens.) aditis] additis (cod. Carolin.) ab aere] habere (cod. Leidens. Tolet.) 3 inde et res (loc corrup. not. ed. Oxon.) inde et heres (ed Migne, sec. Areval.) coll. IX 5. 6 iuste] iure (cod. Carolin.) 9 pro suo iure (codd. Leidens. Carolin.)

1 Cic. Top. 6. 29; Hereditas est pecunia: commune adhuc; multa enim genera sunt pecuniae. Adde quod sequitur: quae morte alicuius ad quempiam pervenit Nondum est definitio; multis enim modis sine hereditate teneri mortuorum pecuniae possunt. Unum adde verbum, iure: iam a communitate res disiuncta videbitur... Nondum est satis: adde: nec ea aut legata testamento aut possessione retenta. Boeth. ad h. l.: Quid enim, si legata pecunia est: hereditas quidem dici non potest, capta tamen morte alicuius iure pecunia est?... Adiciendum est aliquid, id scilicet, quo ab hereditate legata separentur, ut dicamus hereditatem esse pecuniam morte alicuius ad quempiam pervenientem iure quae legata non sit... Quid enim, si meum quidem dominium sit fundi vel alicuius pecuniariae rei, alterius vero usufructu?... Adiciendum igitur est, minime possessione esse retentam, id est, ut proprietatis possessione id, quod ex morte alicuius iure

non legatum pervenit, non retineatur; hoc autem modo possessione retineri potest si sit nostra proprietas et eius, qui decesserit, usufructus. cf. ed. Orelliana vol. 5 pars 1 M. T. Ciceronis Scholiastae p. 328-9 Costa, Cicerone giureconsulto [M. A. S. B. 1910-1911 p. 28-9].

3 cf. IX. v. i.

4 Dig. (50. 16) 23: 'rei' appellatione et causae et iura continentur.

5 cf XV. XIII 3.

7 Dig. (50. 16) 182: pater familias liber 'peculium' non potest habere quemadmodum nec servus 'bona' (15. 1) 7. 3: pupillum autem tam filium quam servum peculium habere posse Pedius libro quinto decimo scribit, cum in hoc, inquit, totum ex domini constitutione pendeat (15. 1) 46: qui peculii administrationem concedit, videtur permittere generaliter, quod et specialiter, permissurus est.

9 Serv. in Buc. 1. 32: aut antiquae dixit (cura peculi), quia omne patrimonium apud maiores peculium dicebatur a pecoribus

